

torio (1): „ Quum multas sacras Leges scripserimus,  
 „ tum de Deo carissimis Episcopis & reliquo omni Sa-  
 „ cerdotio, tum etiam de religiosissimis Monachis: &  
 „ quum hoc nuper fecerimus, quum voluimus religio-  
 „ sissimos Monachos apud solos urbium Episcopos, qui-  
 „ bus subjecta sunt Monasteria, accusationes subire: ro-  
 „ gati sumus a Mena Dei amantissimo felicitis hujusce  
 „ urbis Archiepiscopo atque universali (2) Patriarcha,  
 „ religiosissimis etiam Clericis hoc privilegium conce-  
 „ dere. *Et infra.* Si vero Ecclesiasticum sit delictum,  
 „ quod correctione poenisque Ecclesiasticis opus habeat,  
 „ Episcopus hoc judicet: nolumus enim ejusmodi cau-  
 „ sas a civilibus magistratibus cognosci. *Hincmarus in*  
 „ *opusculo. cap. 17.* Sed & Leges Romanæ ab Imperatore  
 „ Justiniano promulgatæ, quas probat Ecclesia, decer-  
 „ nunt de Episcoporum, sive Metropolitanorum sui aucto-  
 „ ritate, cetera. *Ivo Carnoten. Epist. 280.* Dicunt In-  
 „ stituta Legum Novellarum, quas commendat & fer-  
 „ vat Romana Ecclesia „. Demum S. Gregorius Papa  
 „ lib. xi. Epist. 54. Johannem Defensorem abeuntem in His-  
 „ panias monet, quid sequi debeat in judicio quod illi de-  
 „ legaverat: & initio Commonitorii profert Novellam  
 „ cxxiii. Justiniani Imperatoris. „ De persona Presbyte-  
 „ ri [ *inquiens* ] hoc attendendum est, quia si quam cau-  
 „ sam habuit, non ab alio teneri, sed Episcopus ipse  
 „ adiri debuit; sicut Novella Constitutio manifestat,  
 „ quæ loquitur de sanctissimis & Deo amabilissimis ac  
 „ Reverendissimis Episcopis, Clericis & Monachis: Im-  
 „ perator Justinianus Augustus, Petro gloriosissimo Præ-  
 „ fecto Prætorio. Siquis contra (3) aliquem Clericum &c.

CA-

(1) Tom. 2. Biblioth. Jur. Can. Veteris, pag. 663. est Novella 83.

(2) Hic titulus a recentioribus Græcis additus, ut sapius dictum est. Ha-  
 betur tamen etiam in Latina Novella 83.

(3) Novell. 123. cap. 21.